

Q. N. 352, 11.

II b
1153

de Concordia

X1864227

F. C.
DIVAE CONCORDIAE
FAutores,

ut
Orationi Valedictoriae
De

CONCORDIA,

Eid. Jul. A. C. clb lrc LXXII.

H. L. Q. S.

ex promptâ memoriâ
recitandæ

*Interesse ne dedignentur, submissè & officio è
compellat*

M. PAULUS MARTINUS SAGITTARIUS,
Rector Scholæ Altenb.

ALTENBURGI,
Apud Göthofredum Richterum, Typographum Ducalem.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(BAALE)



LECTORI

Concordia Συμπλάσις

Studioso

S.



Uod Iustitiæ quondam accidisse Pierii memorant filii, idem & Concordiæ usu venire hoc seculo experimur; Hæc enim discordiâ ubi vis locorum se ingerente terram mutare, aliamque eligere sedem est coacta, non sine insigni Ecclesiæ, rei publicæ ac familiaris detrimento. Quemadmodum autem Israëlita Jephtham, Athenienses Aristidem, Romani Camillum, Metellum & Ciceronem exules in patriam revocarunt, ita & nos exulantem Concordiam pristino loco atque dignitati restituere cur cessamus, non ignari, eâ præsentem choro, foro toroque magnas quotidie fieri accessiones? Atque ut ejectæ Concordiæ restitutio tantò majori suscipiatur studio, media hîc proponere lubet, quibus pro unione animorum fancienda usi sunt veteres, quæque adhuc hodie non repudiamus. Ea autem unius non sunt farinae; Parari enim potest Concordia, si DEI habeatur ratio expendendo, eidem nihil æquè proprium esse ac naturæ unitatem atque concordiam, ut scitè loquitur Gregor. Nazianzenus Orat. XIV. eum amantem esse Concordiæ, & hujus studium severè ab hominibus exigere; cujusmodi præcepta Lev. XIX, 18. Psalm. XXXIV, 15. Zachar. VIII, 19. Joh. XIII, 34, 35. Rom. XII, 18. 1. Cor. I, 10. 2. Cor. XIII, 11. leguntur. Unde & à gentium in fide magistro Rom. XV, 31. XVI, 20. 1. Cor. XIV, 33. 2. Cor. XIII,

XIII. II. salutatur Θεὸς εἰρήνης, ἀγάπης, ἕκ ἀκατασασίας. Romanide verò hoc Concordiæ autore nondum edocti Deam fingebant nomine CONCORDIÆ insignitam, dextrâ craterem vel sceptrum fructibus redundans, & sinistrâ Cornucopiæ tenentem, ut ex Senecæ Medea docet Vincentius Chartarius lib. de Deorum imaginibus, ab Anton. Verderio ex Italico in Latinum translato sermonem p. 212. Huic autem arctiorem animorum nexum ferebant acceptum, quo ut bearentur, precibus, sacrificiis, nec non templis extruendis ejus sollicitarunt bonitatem; Sic M. Furius Camillus, Dictator, teste Plutarcho in ejus vita, sedatâ populi seditione templum in Capitolio CONCORDIÆ vovit extruxitque, quò in Magistratus de rebus dubiis capiens consilia conveniebat, civesque peractis sacrificiis omnes omnino deponebant similtates, quod Geta & Antoninum fratres, suadente Senatu, fecisse autor est Xiphilinus in Antonino. Camillum secutus est Cn. Flavius æræ æde in Græcostasi (locus est ante Curiam Hostiliam) conditâ, ut testatur Liv. l. IX. c. 21. & Plin. l. XXXIII. N. H. c. 1. Paria fecerunt L. Manlius Prætor, teste Liv. l. XXII. c. 33. l. XXIII. 21. & L. Optimus Cos. referente Appiano l. 1. de Bell. civil.

Deinde Concordiam summa, qua Angeli fruuntur atque beati, suadet unio: hîc una omnib9 mens, unum amoris vinculum, unumque Deum laudandi ipsiusq; mandata exequendi institutum.

Porro ejusmodi medium fiderum præbet consideratio, quam Orat. XII. instituit Gregor. Nazianzenus, Episcopus Constantinopolitanus. Ea enim ordinarium, aque creatore definitum tenent locum cursumque, sibi que invicem non contrariantur. Egregiè hoc illustrent verba Aristidis Sophistæ T. II. Orat. f. 536.

Καὶ τὸν πάντα ἔρανὸν καὶ κέσμον, ὅς τὸ κάλλιστον χῆμα ἀπάντων καὶ πρόσρημα εἴληβε μία δείπυ γνάμη καὶ Φιλίας, δύναμις διοικεῖ καὶ μετὰ ταύτης ἥλιός τε πορεύεται τὴν αὐτῆς χώραν φυλάττων δι' αἰῶν. καὶ σελήνης Φάσματα καὶ ἀστέρων Φορὰ χωρεῖ καὶ ὀρέων περίοδοι καὶ τάξις ἐκείων πρὸς ἀλλήλα καὶ ἀποστάσεις ὡκαθ' ἤκασται καὶ πάλιν αἰεμονίαι φυλάττειται, νικώσης ὁμολογίας, διαφορῆς δὲ ἑδμιᾶς ἐνέσης ἕδι
 ἰγι-

ἐγγυνομένης, ἀλλὰ τῷ θεσμῷ πάντων συνεχωρηκότων καὶ μιᾷ γνώμῃ
περὶ πάντος τῶ προσήκοντι χρωμένων. Idem exprimit Prudent.
Psychom. v. 771.

Sidera pace vigent.

Et Boeth. l. iv. Met. 6.

Adspice summi culmina caeli.

Illic iusto foedere rerum

Veterem servant sidera pacem.

Ad terrestria delabimur, quorum ornamentum in concor-
dia situm, quæq; Concordiam vel maximè expetunt. Hæc enim si
desideretur, omnia pessum ire esset necesse. His verò ceu notis
hieroglyphicis antiqui ad indicandam concordiam utebantur,
quod ipsum quintum Concordiæ reducendæ nobis suppeditat me-
dium. Innuebant autem Concordiam vel rebus animâ destitu-
tis, vel eadem præditis. Ex illis sisto *Lynam*, in quâ diversæ con-
tinentur chordæ, ad eundem tamen redactæ sonum concentum
edunt longè suavissimum. Videbatur olim in dextrâ Mercurii ma-
nu, numo Pauli Lepidi puteali appensa, annotante Pierio Valeriano
l. XLVII. Hierogl. c. I. & Spartanorum acie; Hi enim rejectis tubis
aliisque audito lyræ sono aciem instruebant, animum sedatum in-
dicantes. Lyræ succedat lapis è Scyro *Tyrrenus* à Plin. II. N.
H. c. 103. vocatus, qui adhuc integer, licet molis magnæ, fluctuat,
sed comminutus subsidit. Huc & spectant *hastilia*, quorum fascicu-
los Scylurus Scytha, octoginta liberorum pater, morti proximus
singulis porrexit, eosque frangere iussit: quod quum nemo
præstare posset, ipse singula exemit jacula, iisque sine negotio
fractis dixit: *Si concordēs fueritis, validi invictiq; manebitis: sin verò dis-*
cordēs; imbelles & imbecilles facilesq; expugnati futuri estis, ut referunt Plu-
tarch. in Apophth. & Stob. Serm. 82. Progredior ad animata, ea-
que vel rationalia, vel ratione carentia. *Ἦμος πολυμερῶς τῆς τῆς*
Φύσεως ἀγαλμα duo præbet ad præsentem faciendâ scopum, Cor-
cum alio colligatum, dextrasque junctas. Quod reliqua con-
cernit animata, ea non sunt unius generis. Ex avibus huc refero

Corni-

Cornicem ab amore & Concordia conjugali conspicuam, quam Faustina in numo aureo cum voce CONCORDIÆ exhibuit, quamque in nuptiis Græci olim vocarunt hisce verbis: ἐκκοῖ καὶ κορεῖ vel juxta alios ἐκκοῖ καὶ κόρη κοραίνην. Conf. Aelian. l. III. de Animal. Deinde *Ciconia* Concordiæ dabat hieroglyphicum, ut ex Juven. Sat. l. v. 115. 116 apparet, quem tamen locum Politian. Miscell. c. 67. de Cornice explicat:

Ut colitur Pax atque fides, Victoria, Virtus
Quæque salutato crepitat Concordia nido.

Ciconia enim observante Juvenalis interprete auspiciis concordiam futuram pollicebatur. Adhæc *Pavonem* adduco, qui numo Domitiæ Augustæ cum vocabulo CONCORDIÆ erat impressus, & *Perdices* duas ovis incubantes Conf. Pier. l. xxiv. c. 8. & 42.

In quadrupedum classe reperio *Camelum*, qui cum aliis suæ speciei concordi vivit animo: Et *Capram*, quæ alteri in ponte prætenui occurrenti succumbit, usque dum pontem est transgressa. Aquatilia accedens deprehendo *Amias*, quæ unitæ beluas marinas felici successu aggrediuntur: & *Aphyas* vel *Apras*, pisciculos minutos, qui ne majorum piscium fiant præda, in densissima agmina conglomerati ad maris adnatant scopulos, teste Suida. Sed nec reptilia silentio sunt prætereunda. In iis enim prorepunt *Serpentes*, qui in Aethiopia magno conveniunt numero in gyrum se volventes. Unde & in Mercurii caduceo capita collidentes quondam videbantur.

His relictis ad *Leges* transeo divinas & humanas serio jubentes, ut solido Concordiæ vinculo conjuncti vivamus. Illas supra allegavi. Has si expetis, tot numero reperies, quot hæc vix capiet charta; Neque enim *Leges* in Rep. promulgantur, quarum una vel altera Concordiæ non inculcet studium. His succedant *exempla*, ἃν εἰ μὴ καὶ εἰπὴν εἰς σωτηρίαν, ut inquit Clemens Alexandr. l. III. pædag. c. 8. Ex sacris produco Concordiam *Abrahami* & *Lothi*, Gen. XIII, 8. & *Apostolorum*, Act. I, 14. Poætæ *Geryonum* fratrum extollunt Concordiam, eosque unam in triplicato corpore

pore habuisse animam fabulantur. In Historicorum monu-
mentis ob Concordiæ amorem celebrantur Imperator *Jovia-*
nus, qui referente Niceph. l. x. H. E. c. 40. Macedonianis hoc
dedit responsi: *Odi omne contentionis genus: Concordiam autem unice*
amplector & amo. *Ludovicus* Galliaæ Rex divorum numero
adscriptus tanto concordiaæ flagrans desiderio, ut non suos solum,
quos inter simulas intercesserat, sed & exteros ad concordiam
reduceret. Eadem laude coruscat *Alphonsus* Rex Aragoniaæ, quod
ex dicto ipsius regio ap. Panormit. l. 3. de gestis ejus elucet: *si Roma-*
norum temporibus vixissem, templum etiam Jovi positorio construxissem, ut
de rebus acturi in eo primum convenirent, & contentionem omnem deponerent.

Non leve etiam ad concordiam sectandam exhibet incita-
mentum publica *adhortatio*, quam *δixίτην νοσόνος ψυχῆς* scitè appel-
lat *Clemens* Al. l. I. pæd. c. 8. Hæc autem non uno fit loco. Quandoq;
enim ex sacro umbone populus discordiaæ deditus ad concordiam
fovendam admonetur: interdum in foro, sicuti *T. Q.*
Capitolinus Cos. teste *Liv.* l. III. c. 67. populum Romanum,
Aristides Sophista Rhodios & *Dio Chrysostronus* Nicomedienses
ad excolendum Concordiaæ studium feruntur adhortati. In ca-
stris quoque pro Concordia esse actum testantur admonitiones
gravissimaæ *Corvi Dictatoris* & *T. Quinti*: apud *Liv.* l. VII. c. 40.
41. ut & *Crotochildis* Reginaæ Galliaæ. Tandem & in con-
clavibus admonitiones à parentib. morituris ad liberos sunt ha-
bitæ. Sic Rex Numidiaæ *Micipsa* jam moriturus filios *Adherbalem*
& *Hyempsalem* sermone gravissimo ad concordiam invitavit, ut
testatur *Salust.* in *Iugurtha*: *Scylurus* Scytha 80. liberos, *Severus*
Imperator *Getam* & *Antoninum* & *Fridericus* *Placidus* *Electo*
Saxoniaæ *Ernestum* & *Albertum*.

Præterea *fabularum* beneficio Concordiam restitui posse ve-
teres existimarunt; Ita *Menenius Agrippa* apologo de disfidio
membrorum corporis recitato plebem à seditione avocavit. *Liv.*
l. II. c. 31. Huc pertinet apologus *Æsopi*, quò pater introducit
filios ad concordiam sub ipsum vitæ exitum, proposito virgarum
fasciculo, instigans.

Tabu-

Fabulas ingeniosæ Autorum excipiant *Sententiæ*, quarum magnū numerum Aristides Sophista in Oratione ad Rhodios habitā proposuit. Hic & locum obtinet elegans Micipsæ dictum: *Concordiā parvæ res crescunt*, & illud Græcorum: ἀριστον ἢ ὁμόνοια καὶ τὸ συμφρονεῖν ἀλλήλοις. Nec omittendum Othonis II, Imp. dictum: *Pacem cum hominibus; cum vitiis autem bellum*, ut & proverbium: *Concordia fulciuntur opes exiguæ*.

Conciliari quoque potest Concordia perpetua *oblivionis lege* sancitā, quam Græci ἀμνηστία vocant. Hæc enim iudicio Mimi optimū est injuriarum remedium. Ea autem felicissimè usi sunt Thra-lybulus in Rep. Atheniensi, teste Aemilio Probo c. 3. Cicerō, trucidato Cæsare, Agricola, Britannia præfectus, Aurelianus, Fredericus Barbarossa, Henricus VI, Ferdinandus I, Imper, Carolus IX, & Henricus IV, Gallia Reges. Conf. J. Heinr. Boëclerum diff. de Amnestiā.

Hostem etiam advenientē concordiaē reducendæ multum adferre adjumenti, exemplum probat Cretensium, qui capitalibus agitati disidiis, appropinquante hoste, in unum convenerunt.

Monetis denique frequentem Concordiaē memoriam instillare multi sategerunt. Paulus Lepidus Cos. Rom. numū cudi curavit, cui impressum putea llyræq; singulis ejusdē angulis affixæ cum inscr. PAULUS LEPIDUS CONCORD. Notus & est numus aureus Faustinae Augustæ Cornicis referens effigiem cum voce Domitia item Augustæ pavonis figura & verbis CONCORDIAE AUGUST. insignitus Nec aliud intenderunt Batavi, monetæ argenteæ fasciculum hastilium cum dicto Micipsæ imprimentes: CONCORDIA PARVÆ RES CRESCUNT: DISCORDIA MAXIMÆ DILABUNTUR.

Ultimum tandem Concordiaē parandæ medium suggerit ipsa Concordiaē dignitas, utilitas & jucunditas, de quâ fusiushic disse-rere nolo, ne Juvenis optimi antevertere videar laborem, quem in exornandā Concordiaē dignitate, utilitate ac jucunditate lau-dando præstitit conatu. Est autem ille

HEINR

QK T 1153

HEINRICUS Schmalz/

Viri pl. Reverendi & Præclarissimi Dn. M. MAGNI
Schmalzgen / Archidiaconi hîc locorum bene meritisimi, & adhuc
bene merentis filius natu minor, pietate, morum probitate & indu-
striâ nulli secundus : qui inclytam Philuream, præclarum scientia-
rum artiumque bonarum Emporium adire mentemque
Medicinæ dotibus excolere apud animum induxit, si
prius recitatâ Oratiunculâ Musarum Patronis filiisque
grates & ultimum dixisset Vale. Quod ipsum cum hor. II.
pomerid. peragere velit, Vos, Musagetæ optimi, meo Juvenisque
laudati compello nomine, ut si gravissima vestra negotia, quæ de
curando Seren. Principis Juventutis D. FRIDERICI WIL-
HELMI τῆ τῆς ὀσίας μνήμης funere nunc sustinetis, admittent,
frequentes in Audit. Cl. I. confluatis, ibique bonæ spei Juvenem de
Concordiæ dignitate, utilitate ac jucunditate suave differentem
attentione benevola audiatis, & sic gaudium, quo Venerandus
Genitor de altero bonæ frugis filio afficitur, augeatis. Pro hac
benevolentia non me solum gratum experiemini debitorem, sed
& abiturientem ut & ipsius pl. Rev. Dn. Parentem in commoda
vestra, ut hæctenus, ita & impofterum videbitis effusum. Ne
autem boni commatis Juveni objiciatur, quod Gorgia Sophistæ
de Concordia peroranti opponebat Melanthus, en aliquot ipsius
Commilitones

GOTHOFREDUS MATHESIUS, Odera Misn.

ERNESTUS Glück/Wettinensis Saxo.

DANIEL WEYMAR Reichenb. Variscus. &

MARTINUS Rüdiger/Altenb.

sermone ligato Ebræo, Græco, Latino & Germanico facient te-
statum, quam strenuus ipse tenus hac Concordiæ extiterit cultor,

bonaque in ejus gremium effundent vota. Vale L. B. meo-

que petito benevolè annue. P. P. Eid. Julii

A. C. cl. lxxii.



WMA



trimento,
 enses Aristot
 exules in pat
 pristino loco
 eâ præsente c
 nes? Atque u
 tur studio, m
 rum sanciendo
 diamus. Ea
 Concordia, si D
 esse ac naturæ u
 zianzenus Or
 dium severè
 XIX, 18. Psal
 Rom. XII, 18
 tium in fide m



accidisse Pierii
 cordiæ usu venire
 ec enim discordiâ
 te terram mutare,
 coacta, non sine
 e ac familiaris de
 ephtham, Atheni
 am & Ciceronem
 tem Concordiam
 amus, non ignari,
 die fieri accessio
 ò majori suscipia
 o unione animo
 hodie non repu
 arari enim potest
 nihil æquè proprium
 itur Gregor. Na
 rdia, & hujus stu
 i præcepta Lev.
 oh. XIII, 34, 35.
 r. Unde & a gen
 XIV, 33, 2. Cor.
 XIII,

XII
 hoc
 CO
 di
 M
 An
 Hu
 ut
 eju
 tel
 Ca
 tus
 ad
 tar
 ph
 æd
 tel
 L
 mi
 be
 un
 tur
 qu
 sta
 tur
 Eg
 w
 u
 va
 va
 oig

